



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum hæc nomina substantia, subsistentia, essentia, & persona, sint idem an differant in diuinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

LIB. I. DISTINCTION. XXIII.

significat nomen ut habetur. 4. metap. Ex hoc arguitur, à quoque intellectus abstrahit significatum definitionis ab eodem abstrahit intellectus & significatum definiti. Sed formalis intellectus & significatio definitionis persona abstrahit ex essentia & relatione, licet materialiter & in obliquo includat essentiam vel substantiam, ergo &c. minor pater per definitionem personae quam ponit Boëtius, scilicet quod persona est rationalis naturae, individua substantia, quod idem est ac si diceretur, persona est suppositum, ibi enim ponitur substantia individua pro supposito, vel hypostasi, vel est tantum suppositum naturae intellectualis, extra autem significatum & intellectum humanus definitionis est essentia & relatio ut de patre. Si enim in diuinis non esset nisi unum suppositum essentiale & absolutum ut gentiles imaginantur, illi naturae verè cōpeteret ratio persona. Et si in creaturis constitueretur suppositum per relationem sicut nunc in diuinis illud ut rationem personae haberet quod non haberet si in formalis significatio rationis personae includeretur essentia vel relatio, vel virutus. Sunt ergo extra formale significatum personae & sive definitionis, materialiter tamen & in obliquo includit essentia, quia persona dicit suppositum in tali natura solum scilicet, intellectua, sed quod illud sit absolutum vel relatum totum est extra significatum personae.

d.23. q. 1.
16. Itud autem non potest esse verum, quia sicut infra patet nullus conceptus unus realis & essentialis potest abstrahere a substantia & relatione. Nomen enim ipsum secundum illum conceptum est uniuocum substantiae & relationis quod non est possibile, propter quod si persona significet rem subiectam intentioni cui illa dicatur essentia, licet de persona absoleta in creaturis & de relata in diuinis, impossibile est quod hoc sit secundum unum conceptum abstrahentem ab vitro, quia sic est aliud unum vocum ad utrumque.

17. Ad rationem illorum dicendum quod distinctione personae prout dictum est, non abstrahit a substantia immo expresse includit cum dicitur quod persona est rationalis naturae individua substantia & si substantia non accipitur ibi pro essentia, sed pro supposito tunc distinctione persona prout dicit intentionem & non rem intentioni subiectam. Si autem queratur non de significato sed de eo de quo nomen personae dicitur. Nomen enim de multis dicitur quae tamen per nomen non significantur, sicut homo predicatur de sorte & de Platone & tamen neutrum significat, ut sit sensus questionis quid est illud in diuinis de quo persona predicatur, sic dicendum est quod illud non est relatio tantum nec essentia tantum, sed constituta ex essentia & relatione. Quod probatur sic. Illud de cuius ratione est quod sit subsistens, distinctus & incomunicabile, includit in se illud per quod subsistit & illud per quod est distinctum, & incommunicabile, sed persona est huiusmodi, quare &c. sed in diuinis quicquid subsistit, subsistit per essentiam vel subsistit per essentiam vel substantiam, quicquid distinguitur & est incomunicabile hoc habet per proprietatem relationum, ergo de qua persona dicitur in diuinis includit essentiam & proprietatem relationum, ut pater & filius & huiusmodi, quod si imponantur ad significandum a sola relatione tamen ut accommodantur diuinis importantem constitutionem ex relatione & essentia.

18. AD PRIMVM argumentum dicendum quod omne nomine pertinens ad personas importat relationem vel tantum illud quod formaliter significatur ut pater vel filius, vel tantum illud de quo dicitur & sic nomen persona importat relationem quia de relatione praedicatur, sed re rationem non signat.

19. Ad secundum dicendum per idem quia illud quod plurificatur in diuinis pertinet ad relationes quatuor ad ea in que plurificatur & de quibus dicitur, sed non operatur quod hoc sit quantum ad formalem ratione significandi, quia sicut dictum est significatum communis nominis non includit in se rationem illorum de quibus dicitur.

20. Ad aliud in oppositum dicendum quod Aug. accipit ibi substantiam pro hypostasi vel supposito, & non pro essentia soli, & bene concessum est quod nomen personae suppositum significat: vel hoc dicitur pro tanto quia illud de quo dicitur persona non solum includit relationem sed

QUESTIO II.

etiam cum relatione essentiam.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum haec nomina subsistantia, subsistens, essentia, & persona sint in diuinis.

Thom. I. q. 29. art. 2.

S E C U N D O Q U A T U R I T U R V T R U M H E C N O M I N A S U B S I S T E N T I A , S U B S I S T E N T I A , E S S E N T I A , & P E R S O N A S I N D I U I N I S .

Secundo queritur utrum haec nomina subsistantia, substantia, essentia, persona sint idem an differant. Et videtur quod idem significant, quia illa que vni simpliciter conuenient penitus idem significant. Sed haec omnia nomina vni & eidem simpliciter conuenient, scilicet Deo, ergo &c.

2. C O N T R A . Illa que sic se habent quod uno plus

rificato aliud non plurificatur non significant penitus idem, sed persona plurificatur in diuinis. Similiter subsistens, non autem substantia, vel essentia, ergo non significant penitus idem.

3. R E S P O N S I O . hic sunt tria videnda. Primum

est quid haec nomina significant, & à quo implicantur. Secundum erit de conuenientia eorum ad invenit, & de eiusmodi diversitate. Tertium erit quo modo conuenient diuinis. Quantum ad primum sciendum quod haec nomina essentia, substantia, & subsistens imponuntur ab his actibus que sunt esse, substare, & subsistere, esse autem est quoddam commune & non determinatum sibi aliquem modum essendi. Subsistere autem dicit determinatum modum essendi prout, scilicet aliquid est eni per se & non in alio. Substare autem idem est quod sub alio stare, & inde est quod esse dicit illud quod est commune omnibus generibus. Subsistere autem & substare dicit id quod est proprium primo praedicationis secundum duo que sibi conuenient, scilicet quod sit ens in se complectum & per hoc conuenit ei subsistere, & quod subficeret alii, scilicet accidentibus que in substantia habent esse, & per hoc conuenit ei substare. Essentia ergo significat id cuius actus est esse. Subsistens id cuius actus est substare. Et substantia id cuius actus est substare, vnde Boëtius in li. de duabus naturis & una persona Christi dicit sic, dicimus hominis essentia quia est, substantiam quia nullo indiget, substantiam quia substaret, & haec de primo.

4. Q U A N T U M ad secundum. Sciendum est quod hos actus qui sunt substare & subsistere comparatur aliquid duplicitate vel sicut subiectum, vel sicut principium. Et propter hoc aliqua horum nominum inueniuntur diversimode accepta à Boëtio. Aliquando enim substantia nominatur illud quod est principium substanti, & haec est materia quae est primum subiectum. Et ideo in commentator super librum Praedicatorum dicit quod hypostasis quae valit in greco quantum substantia in latino dicitur materia. Quia etiam principale principium substanti in se & non per aliud videtur esse forma, vnde inueniuntur quendam formam per se subsistentes ut anima, & intelligentia ut largo modo accipiendo formam, nequam autem materia ideo secundum Boëtium ibidem visibilia id est, substantia est forma accipiendo ibi substantiam pro eo quo aliquid substituit.

5. Quandoq; autem accipitur substantia pro eo quod substantia & subsistens pro eo quod subsistit & hoc est solum suppositum in genere substantiae, genera enim & species nec in se subsistunt, nec subsistunt accidentibus nisi ratione individuorum, de essentia autem non sic est, quia semper nomine essentiae importatur tota rei natura vel quidditas, vnde Boëtius semper sumit visam, id est, essentia pro tota rei quidditate & non pro parte, vnde dicit super praedicationem, quod visum in copiosis dicit aggregata ex materia & forma. Si ergo vnuquodq; horum nominis accipiat ut quo, sic essentia significat totam quidditatem rei, substantiam formam partis, substantiam materiam. Et tunc hec differenter realiter ab invenit sicut totu differt realiter ab suis partibus & sicut una pars differt ab alia, & hoc in copiosis, quia in simplicibus non habet hoc locum. Si autem haec tria sumuntur pro eo cui praedicti actus conueniunt, ut subiecto, sic unum & idem secundum rem dicitur essentia inquantu habet esse, substantia inquantu habet esse tale (scilicet aliud non requiriens) substantia in quantu habet accidentibus, & sic solum differunt ratione in eodem. Nomine autem personae dicit suppositum in-

tellex

Magistri Utrandi de
rēlēctualis naturā cū omnia p̄adictā conueniunt, sc̄ilicet esse essentiā, substantiā, & subsiſtentia, ratiōne ſubiecte intentioni ſuppoſti, & ſic apparet quo modo hęc nomina inter ſe conueniunt aut differunt, quod fuit ſecundum.

7 DE Tertio ſciendum eft, q̄ inter hęc nomina, nō men effentia proprissime deo conuenit quantum ad id quod ſignat, & quantum ad id à quo ad ſignificandum imponitum eft, quantum ad id quod ſignificat, quia illud de ſe non contrahit ad certum genus, ſed omne genus excedit, ſicut ens. Et ideo propriè deo conuenit qui ad nullum genus limitatur. Item quantum ad id à quo imponitur: Imponitur enim ab eſe quod proprissime deo conuenit, vt oſtenſum fuī prius. dicit quæſt. 2. ideo dicit Boëtius lib. de duabus naturis, q̄ deus maximè eft effentia. Et Aug. 7. de trinitate dicit q̄ Deus verè ac proprie dicitur effentia, ita ut forte oporteat ſolum deum eſte effentiam. Nomen etiā ſubſtentia propriè ſoli deo conuenit. Subſtentia enim aliquid quod ut poſit eſte alio nō indiget. Iſtud etiā maximè deo conuenit. Et ideo deus propriè eft ſubſtentia. Subſtantia autem quantum ad id à quo imponitur deo non conuenit, quia deus nulli accidenti ſubiectui ſubſtar, licet omnib. ſubiectis p̄beat effectiū q̄ ſubſtent accidētibus iūiſ. Sed quia id ad quod ſignificandum imponitur eft natura per ſe ſtan, ideo nomen ſubſtantie in diuinis ſumitur pro eo quod ſignat, & nō pro à quo imponitur ad ſignificandum: nomen autem perſonæ quantum ad id quod ſignificat reperitur in diuinis. Significat enim ſuppoſitum naturæ intellectualiſ, hoc autem eft in diuinis, quare &c.

8 Ad primū argumētū patet reſpoſio, hęc enim omnia nomina, licet diſferant in compositis ſecundum vnam eorum acceptiōnem, tamen in deo & ſubſtantia ſimplicibus ſola ratione diſferunt. In compositis autem non diſferunt niſi ratione tantum ſecundum q̄ ſumuntur pro eo quod eft ſubſta & ſubſtit.

9 Ad argumentum quod eft in oſpoſitum dicendum q̄ concludit verū in hoc q̄ perſona que multiplicatur in diuinis includit in eo de quo dicitur aliquid quod non eft omnino idem ſecundum rem vel ex natura rei cum effentia, vel ſubſtantia, ſcilicet relationem ratione cuius plurificatur perſona in diuinis, & non effentia ut intra apparet, ſicut plures dictum fuī ſupra. Et quantum ad hoc nomē perſone in diuinis diſſert à nomine effentia & ſubſtantia.

D I S T I N C T I O X X I I . Sententia huius diſtinctionis in generali & ſpeciali.

Hic diligenter inquiri oportet. Superiori determinauit Magister de diuiniſione & multiplicitate diuinorum nominum. Hic verò intendit querere de nominibus ſignificantibus vnitatem, & pluralitatem in Deo qualiter accipiuntur. Et diuiditur in duas. Primo determinat de iis nominibus ſecundum ſe. Secundo determinat de his in comparatione ad hoc nomen perſona. Secunda incipit ibi in prin. 25. dicit. præterea conſiderandū eft. Prima pars eft preſens lectionis. Et diuiditur in tres. Primo mouet ſuam dubitationem. Secundo ſoluit & ſoſitionem ſuam declarat in omnib. huiusmodi nominibus. Tertio excludit quādā obiectionem circa determinatiōnē. Secunda ibi, hic diligenter. Tertia ibi, ſed non eft p̄termitendum. Haec eft iententia lectionis in generali.

2 IN S P E C I A L I Vero ſic procedit Magister. & quaerit primo cum in diuinis nulla ſit diuerſitas vel multuplicitas, vel singularitas quid nomina importantia multitudinem & pluralitatem, vel diſtinctionem in diuinis ſignificant. Si enim verè de Deo dicuntur, violentur ſua ſignificatione in diuinis ponere. Poſtea responderet & dicit q̄ ſignificatione iſtorum nominum in diuinis non ſunt ad ponendū aliquid. Sed potius ad remouendū aliquid ſunt introducta, & hęc declarat. Cū enim dicitur vnum Deus, vel vnum pater, nulla quantitas vel numerus in Deo ponitur, ſed pluralitas, vel multitudine excluditur. Similiter cā dicitur pluralitas perſonorū nō multitudine ponitur, ſed singularitas & ſolitudo tollitur. Item cum dicimus tres perſonas negamus vnam ſolam vel duas ibi ſimplificiter

Sancto Porciano

in nomine trinitatis & diſtinctionis non diuerſitatem in Deo ponimus, ſed commixtio & confuſio remouetur. Vi- timo opponit per Iſid. q̄ trinitas potest dici multipliciter. Et ſoluit dicens q̄ Iſidorus nomine multiplicitatis nō diuerſitatem, ſed numerū perſonorū vult intelligi. Et in hoc terminatur ſententia in ſpeciali.

Q V E S T I O P R I M A .
Vtrum termini numerales ponant aliiquid
in diuinis.
Thom. I. q. 30. ar. 3.

Circa diſtinctionem iſtam queritur vtrum numerales termini ponant aliiquid in diuinis, & videtur q̄ nō, quia ſi ponent aliiquid non ponent riſi rem ſuī gene- riſ, ſed iſtam non ponunt cum quantitas nō ſit in diuinis ſecundum ſuum genus, ergo &c. Ad idem eft quod dicunt Hilarius & Magister in litera.

2 S E D C O N T R A. Si termini numerales nihil po- nant in diuinis, ſed ſolum inducuntur ad remouendum, ve per vnitatem remoueant pluralitas, & per pluralitatē vnitatis, tunc eft remouētis & quedam circula- tio quod eft inconueniens, quare &c.

3 R E S P O N S O. hic videnda ſunt tria. Primum eft, vtrum tales termini ponant aliiquid in diuinis. Secun- dum eft, dato q̄ ſic mode quo expontet vtrum ſubſtantia dicat an relationē. Terrium eft, quā & qualia dicto rum nominum debeat recipi in diuinis.

4 Q Y A N T U M ad primū ſciendum eft quod nō eft intentionis querere vtrū tales termini ponant aliiquid in diuinis quod ſit realiter diuerſum ab effentia diuina, quia certum eft q̄ non aliā in diuinis eft compoſitio, maxime fi illud additum eft abſolutum: nec eft ſenſus quæſitionis querere vtrum tales termini inclūdant aliiquid poſitūrum, quia certū eft quod ſic, faleſe denominatiōe, inclūdit enim denominatiōē entitatis rerum ſuper quas fundantur, vnum enim dicit enī indiuīfum, multa vero entia diuīſa vel diſtinctiā. Sed quæſito eft vtrum formalis ratio illorū nominum fit poſitiua, an priuatiua. Et quantum ad hoc aliquid eft dicendum de vno, & aliquid de multo.

5 De vno enim, prout recipiunt in diuinis dicendum eft q̄ ratio eius eft priuatiua. Non enim recipiunt in diuinis vnum quod eft principium numeri in quantitate, quia ſi eft in Deo nō eft quantitas, prout dicit ſpeciale p̄dica- mentū, ſic nec vnu in quantitate quod eft principium numeri, ſic nec vnu quod coeteri poſet cā ente, cuius ratio eft priuatiua, quia conſiſit in indiuīſione, vt pa- tet. 10. Metaph. vbi dicitur q̄ vnu quod conuertitur cum ente & multitudine ei correspōdens opponuntur priuatiū ſicut indiuīſibile diuīſibili, vel indiuīſum diuīſo.

6 Ad cuius declarationem ſciendum eft quod vnu quod conuertitur cum ente nullam naturam poſet adde- re ſuper ens, quae ſit alia realiter ab ente, quia ens omnia inclūdit. Et ideo quæquid eft p̄tāre ens eft non ens, vel nihil. Item nec poſet dicere aliquam ſpecialem natu- ram ſub ente, quia vel eft ſubſtantia, vel quantitas, vel quali- tas, & ſic de aliis predi- camentis. Hoc autem non eft vnu, quia vnitatis conuenit omnibus hiſ & non per aliquid eis additū quod nō eft ſi diceret alterum ſolum, quare &c. Nec poſet dicere ſolū idipſum quod enī ſub eadem ra- tione, quia eft negatio dicendo enī vnu quod nō eft ve- rum. Necesse eft ergo, q̄ dicat aliquam rationē circa ens. Et illa eft ratio indiuīſionis qua eft ratio priuatiua, vnde vnu idem eft quod indiuīſum. Quod autem dicitur q̄ vnu non addit ſuper ens niſi rationē, hoc non eft intel- ligēdūm de ratione quā format intellectus ſolus, vt ſunt ſecundū intentiones. Sed de ratione quā eft conditio per ſe concomitans quālibet natu- rentis, vel rei. Talis enim ratio eft indiuīſio importata per vnu, quia ab eadem re ha- bet eſſe & eſſe vnu ſive indiuīſum. Et hoc modo vnu pro- priē cōpetit Deo, quia ſic dicitur eft ſic vnu quod ſe habet ad eſſe ita ad eſſe vnu. Sed Deo maxime eſſe com- petit, ergo & eſſe vnu.

7 De multo autem & aliis nominibus, ſicut ſunt tres, quatuor, & huiusmodi. Eſt notādū q̄ ſicut eft duplex vni- tas, vna quę eft principiū numeri, quę nō reperitur in diu- nis,